Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Schmuckinitiale

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

predicationem quam ego loquor ad te. Et
surrexit ionas et abiit in civitatem nini
ven iuxta verbum domini. Et ninive erat
civitas magna itinere trium dierum. Et cep(it)
ionas introire civitatem itinere diei
unius. Et clamavit et dixit. Adhuc xl
dies et ninive subvertetur. Et crediderunt
viri ninivite in deum et predicaverunt ie
iunium et vestiti sunt saccis a maiore
usque ad minorem. Et pervenit verbum usque
ad regem ninive. Et surrexit de solio
suo et abiecit vestimentum suum a se et
indutus est sacco et sedit in cinere. Et
clamavit et dixit in ninive ex ore regis
et principum eius dicens. Homines et iumenta
et boves et pecora non gustent quicquam
nec pascantur et aquam non bibant. Et operi
antur saccis homines et iumenta et cla
ment ad dominum in fortitudine. Et conver
tatur vir a via sua mala et ab iniquita
te que est in manibus eorum. Quis scit si con
vertatur et ignoscat deus et revertatur a
furore ire sue et non peribimus. Et vidit
deus opera eorum quia conversi sunt a via sua
mala. et misertus est deus super malitiam
quam locutus fuerat ut faceret eis et non fecit.

IIII

Et afflictus est ionas
afflictione magna et iratus
oravit ad dominum et dixit. Obsecro domine
numquid non hoc est verbum meum cum adhuc
essem in terra mea. Propter hoc preoccupavi ut
fugerem in tharsis. Scio enim quia tu deus
clemens et misericors es patiens et
multe miserationis et ignoscens super
malitiam. Et nunc domine tolle animam me
am a me quia melior mihi est mors
quam vita. Et dixit dominus. Putasne bene
irasceris tu. Et egressus est ionas de
civitate et sedit contra orientem civitatis.

Et fecit sibimetipsi ibi umbraculum. et
sedebat subter illud in umbra donec vi
deret quid accideret civitati. Et preparavit
dominus deus hederam et ascendit super cap(ut)
ione ut esset umbra super caput eius et
protegeret eum. Laboraverat enim. Et le
tatus est ionas super hedera letitia ma
gna. Et paravit deus vermem ascensu
diluculi in crastinum et percussit hederam
et exaruit. Et cum ortus fuisset sol pre
cepit dominus vento calido et urenti et per
cussit sol super caput ione et estuabat.
Et petivit anime sue ut moreretur et dixit
Melius est mihi mori quam vivere. Et dixit
dominus ad ionam. Putasne bene irasce
ris tu super hederam. Et dixit. Bene
irascor ego usque ad mortem. Et dixit
dominus. Tu doles super hedera in qua non
laborasti neque fecisti ut cresceret que sub
una nocte nata est et una nocte periit.
et ego non parcam ninive civitati
magne in qua sunt plus quam c.xx. mi
lia hominum qui nesciunt quid sit inter
dexteram et sinistram suam et iumenta
multa. Explicit Ionas propheta. Inci
pit prologus Michee prophete.

Temporibus ioa
the achaz et
ezechie re
gum iuda
micheam ad
hanc prophe
tiam spiritu
sancto repletum fuisse lectio ipsa de
monstrat. Sed de supradicto numero
regum ioatham et ezechiam deo
ob religionem placuisse historia
libri quarti regum et paralipo
menon indicat. achaz non derelicto

deo ydola samarie et syrie quibus etiam
filios suos sacrificium igne cremando
obtulerat coluisse constat. Quamobrem
deus samariam quod reges israel iuda me
moratorum simulachrorum supersticione
fefellerat increpans. indignationem
suam in eam pressuram imminare est.
populo etiam israel prevaricatori et princi
pibus eius qui eundem populum fallaci suasi
one ad colenda ydola impulerat verbis
sequentibus captivitatem et interitum ad
futurum denuntiat. Alius prologus

Micheas secundum hebraicam veritatem
Morasthites est. unde quidam corde noli
mus debere presumere contine mysteria. Item
Sermo dei qui Alius prologus
semper ad prophetas descendit sit
quoque ad micheam qui inter
pretatur humilitas. ad micheam demo
rasti qui usque hodie iuxta eleutheropolim
urbem palestine non grandis viculus est.
et interpretatur heres. Pulcher. At humilitatis
que inter virtutes precipua est de spe hedificatur
dinascitur. hic humilitas non illa
que venit de conscientia peccatorum sed que
inter virtutes ponitur. Unde dicitur.
Humiliamini sub potenti manu dei. et
qui se humiliaverit exaltabitur. Et dominus
Discite a me quia mitis sum et humilis corde.
Quoniam ergo apud nos nomina et quasi ad
virtutis auspicium imponimus vocabula
verbi gratia. Victoris casti probi et appellati
va virtutum in propria. sic et apud hebreos
micheas et abdias et zacharias cete
raque similia ex virtutum vocabulo
liberis a parentibus imposita sunt. Argumentum
Micheas demorasti coheres christi vastati
onem denuntiat filie latronis et obsidionem
ponit contra eum quia maxilla percussit iudicem israel.

Incipit Micheas propheta.

Verbum domini
quod factum est
ad micheam
morasthiten
in diebus io
athan. a
chaz. ezechi
e regum iu
da. quod vidit super samariam et iherusalem.
Audite populi omnes et attendat terra et
plenitudo eius et sit dominus deus vobis in testem
dominus de templo sancto suo. Quia ecce dominus egre
dietur de loco suo et descendet et calcabit
super excelsa terre. Et consumentur montes
subtus eum et valles scindentur sicut cera
a facie ignis: sicut aque que decurrunt in preceps.
In scelere iacob omne istud et in peccatis
domus israel. Quod scelus iacob. Nonne
samaria. Et que excelsa iude. Nonne
iherusalem. Et ponam samariam quasi acer
vum lapidum in agro cum plantatur vinea.
et detraham in vallem lapides eius.
et fundamenta eius revelabo. Et omnia sculp
tilia eius concidentur. et omnes mercedes eius
comburentur igni. Et omnia ydola eius ponam in per
ditionem. quia de mercedibus meretricis con
gregata sunt et usque ad mercedem meretri
cis revertentur. Super hoc plangam et ulula
bo. vadam spoliatus et nudus. Faciam
planctum velut draconum et luctum quasi
struthionum. quia desperata est plaga eius.
quia venit usque ad iudam. Tetigit portam
populi mei usque ad iherusalem. In geth nolite an
nuntiare lacrimis ne ploretis. In do
mo pulveris pulvere vos conspergite et transi
te vobis habitatio pulchra confusa ignomi
nia. Non est egressa que habitat in exitu.
Planctus domus vicine accipiet ex